

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. III.

Inhalt: 15. Leo ad Episcopos Polonos. — 16. Ungiltigkeit der sogenannten siebenbürgischen Ehen für das Gebiet der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder. — 17. Nachforschung. — 18. Literatur. — 19. Canonische Visitation und Firmung. — 20. Concurs - Ausschreibung. — 21. Chronik der Diöcese.

1894.

15.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia PAPAE XIII.

Epistola encyclica ad Episcopos Polonos.

Venerabiles Fratres! Salutem et Apostolicam Benedictionem!

Caritatis providentiaeque Nostrae peculiare testimonium quod aliis catholicis gentibus per intervalla exhibuimus, ut, datis ad earum Episcopos singularibus litteris, documenta Apostolicae exhortationis impertiremus, id similiter vobis ex opportunitate praestare posse, iamdiu Nos ingens desiderium tenebat. Equidem populum istum, genere, sermone, religioso ritu varium, uno Nos omnem, quod alias ediximus, eodemque studio complectimur et fovemus; neque unquam nisi iucundissime de ipso cogitamus, cuius et praeclara spirat memoria gestarum rerum, et magnam erga Nos conjunctam cum fiducia pietatem constanter agnovimus. — In ceteris enim laudibus, laus merito manet eximia patribus illis vestris, qui, tremefacta Europa ad impetus hostium christiani nominis praepotentium, pectorum suorum praesidia inter primos, insignibus praeliis, opposuerunt, iidem religionis et civilis cultus vindices acerrimi fidissimique custodes. His de promeritis palam est a Nobis non multos ante menses cum gaudio commemoratum, tunc scilicet

quum nonnulli vestrum, Venerabiles Fratres, pia fidelium agmina peregre ad Nos salutatum gratulatumque adduxistis; ex qua pulcherrima fidei testificatione, pergrata adfuit occasio ut avitae religionis decus, per multos rerum et difficiles casus integrum, vividum, Poloniae vicissim gratularemur. — Iamvero sacris eius rationibus si, quantum erat in Nobis, nihil antea prodesse destitimus, id posse vel amplius cupimus, atque in praesentia efficere consilium est: eâ nimirum causa, ut sollicitudinis in vos Nostrae apertior extet coram Ecclesia declaratio, utque etiam vestrum omnium animi in catholicae professionis officiis, roborata virtute, subsidiis auctis, confirmentur et praestent. Hoc autem facere instituimus alacriore quidem cum spe, propterea quod cognitum perspectumque habemus qua vos, Venerabiles Fratres, sollertia interpretes voluntatis Nostrae et ministri esse consueveritis, et quo proposito in summis vestrorum gregum bonis tuendis augendisque elaboretis, Quos autem in ipsis praestabiles fructus expetimus, ita

Deus, qui ad alloquendum movit, benignus idem secundet.

Beneficium divinae veritatis et gratiae, quod humano generi religione sua Christus Dominus attulit, tantae excellentiae utilitatisque est, cum quo aliud nullum in ullo genere ne conferri quidem possit, nedum possit aequari. Cuius virtus beneficii, multiplex, ut omnes norunt, et saluberrima, mirum in modum affluit ad singulos et ad universos, ad societatem domesticam et ad civilem, ad prosperitatem caducae vitae iuvandam et ad felicitatem adipiscendam vitae immortalis. Ex quo continuo apparet, gentes catholica religione donatas, sicut maximo bonorum omnium in ea potiuntur, ita officiorum omnium maximo adstringi eiusdem colendae et diligendae. Simul vero apparet, rem non esse eiusmodi, quam ad suum cuiusque arbitrium vel singuli vel civitates recte se praestare posse confidant, verum qua dumtaxat ratione, qua disciplina, quo ordine ipse definivit et iussit religionis divinus auctor: videlicet magisterio et ductu Ecclesiae, quae ab ipso tamquam columna et firmamentum veritatis¹⁾ constituta est, eiusque singulari ope per omnes aetates viguit, vigebitque, rata promissione, perpetuo: Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi²⁾. — Iure igitur genti vestrae tam clarus religionis honor ab avis et maioribus ideo stetit, quod Ecclesiae matri summa semper adhaesit fide, parique in obsequio Pontificum romanorum et in obedientia sacrorum Antistitum, quos illi pro potestate designarent, immota perstitit semper. Inde quam multa ad vos commoda et ornamenta profluxerint, quam praesentia in trepidis rebus solatia ceperitis, quanta habeatis etiamnum adiumenta, vosmet gratis tenetis animis, grate profitemini. — Manifestum quotidie est, quaenam gravissimarum rerum in populis imperiisque consequantur momenta, Ecclesia catholica vel observata et digno loco habita vel per iniuriam contemptio nemve laesa. Quum enim in doctrina et lege

Evangelii ea contineantur quae ad salutem perfectionemque hominis, tum in fide et cognitione, tum in usu et actione vitae, usquequaque proficiant; quumque eam doctrinam et legem Ecclesia, divino a Christo iure, tradere possit et religione sancire; ipsa propterea, divino munere, vi magna pollet moderatrice humanae societatis, in qua et faulrix est generosae virtutis et lectissimorum bonorum effectrix. — At Ecclesia vero, cui divinitus romanus Pontifex praeest, tantum abest ut, ex auctoritatis tanta amplitudine, quidquam sibi de alieno arroget iure aut cuiusquam obliquis studiis conniveat, ut potius de iure suo saepe remittat, indulgendo; atque summis et infimis sapienti consulens aequitate, sese omnibus gubernatricem et matrem exhibeat sollertissimam. Quapropter illi iniuste faciunt qui hac etiam in re veteres contra ipsam calumnias, iam toties refutatas planeque contritas, in lucem nituntur revehere, nova vituperationis specie confictas: neque ii minus reprehendendi, qui eadem de causa diffidunt Ecclesiae, eique suspicionem conflant apud rectores civitatum et in publicis legumlatorum coetibus, a quibus nempe laus plurima ipsi debetur et gratia. Nihil enim omnino ea docet aut praecipit quod maiestati principum, quod incolumitati et progredienti populorum vitae, ullo modo officiat vel adversetur; multa immo ex christiana sapientia assidue profert ad communem eorum utilitatem sane quam conducibilia. In quibus haec memoratu digna: principatum qui teneant, eos imaginem divinae in homines potestatis providentiaeque referre; eorum imperium debere iustum esse et imitari divinum, bonitate temperatum paterna, atque unice emolumenta spectare civitatis; ab ipsis rationem Deo iudici aliquando reddendam eamque pro celsiore dignitatis loco graviorem: qui vero sint sub potestate, debere constanter reverentiam et fidem servare principibus, tamquam Deo regnum per homines exercenti, eisdem obtemperare, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam¹⁾, pro ipsis adhibere obsecra-

¹⁾ I Tim. III, 15. —

²⁾ Matth. XXVIII, 20.

¹⁾ Rom. XIII, 5.

tiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones¹⁾; debere sanctam custodire disciplinam civitatis; ab improborum machinationibus sectisque abstinere, nec quidquam facere seditiose; omnia conferre ad tranquillam in iustitia pacem tenendam. — Ista et similia praecepta institutaque evangelica, quae ab Ecclesia tantopere suadentur, ubi in pretio sunt et re ipsa valent, praestantissimos ibi fructus affere non cessant, eosque afferunt in illis gentibus uberiores, in quibus Ecclesia liberiore utitur sui muneris facultate. Eisdem vero refragari praeceptis et Ecclesiae ductum recusare, idem est ac refragari voluntati divinae et insigne beneficium abiicere; nihil ut in civitate vere prosperum honestumque permaneat, permixta delabantur omnia, anxiam calamitatum formidine et rectores et populi occupentur. — Habetis quidem, Venerabiles Fratres, de his rerum capitibus iam fusius a Nobis tradita per occasionem praescripta; eadem tamen visum est summatim revocare, quo navitas vestra, novo quasi auspicio freta auctoritatis Nostrae, impensius in idem feliciusque contendat. Illud certe optimum faustumque fuerit in gregibus vestris, si afflatus caveantur turbulentorum hominum, pessimis artibus nihil iam non scelestissime audentium ad evertenda delenda imperia; si nullae officiorum partes, quae civium sunt bonorum, desiderentur; si ex fide Deo debita et sacra, fides erga rem publicam et principes efflorescat.

De societate item domestica, de iuventutis et sacri ordinis institutione, de modis optimis christianae tractandae caritatis, diligentiam acuite. — Integritas et honestas domesticae convictionis, ex qua praecipue sanitas funditur in venas societatis civilis, repetenda est primum a sanctitate coniugii, quod secundum Dei et Ecclesiae praecepta initum sit, unum et individuum. Tum oportet iura et officia inter coniuges inviolata esse et quanta maxima fieri possit concordia et caritate expleri proli tutione commodisque, potissimum educationi, parentes consulere; suo ipsos documento vitae, quo nihil praestantius est neque efficacius, antecedere. Institutioni tamen liberorum rectae

probataeque nequaquam illi arbitrentur se posse, ut par est, prospicere, nisi summopere evigilando. Neque enim ab iis tantum scholis lyceisque defugiendum est, ubi doctrinis error de religione, dedita opera, admisceatur, vel ubi propemodum dominetur impietas, sed ab iis etiam in quibus de christianis institutis et moribus, perinde ac de importunis rebus, nulla sit praeceptio nec disciplina. Nam quorum ingenia litteris et artibus erudiuntur, eosdem profecto necesse est pariter cognitione cultuque erudiri divinarum rerum, utpote qui, admonente ipsa et iubente natura, non minus quam civitati, multoque amplius, debeant Deo, quique idcirco in lucem suscepti sint, ut civitati servientes, ad mansuram in caelo patriam iter dirigant suum studioseque conficiant. In hoc autem cessandum minime erit, procedente cum eorum aetate cultura civili; quin etiam eo insistendum enixius, tum quod iuventus cupiditate sciendi, ut nunc praesertim agitantur studia, vehementius quotidie urgetur, tum quod eidem maiora quotidie impendent de fide pericula, magnis iam deploratis tanta in re iacturis. Quod vero de ratione sacrae doctrinae tradendae, de magistrorum probitate et peritia, de librorum delectu, quasdam Ecclesia censet vindicare sibi cautiones, quosdam modos praefinire, id sane suo iure facit; neque id potest non facere, pro eo quo tenetur gravissimo officio providendi ne quid usquam irrepit, ab integritate alienum fidei morumve, quod christiano populo noceat. — Sacram porro institutionem, quae impertiatur in scholis, ea confirmet et compleat quae certis temporibus praescriptisque habeatur in curiis ac templis, ubi eiusdem fidei caritatisque germina, quasi in solo suo uberius nutriuntur et proveniunt.

Haec satis per se ipsa monent, singulari opus esse diligentia et opera ad informandum ordinem clericalem; qui, divino oraculo, talis succrescere debet atque sacrum ita tenere propositum, ut sal terrae et lux mundi habeatur et sit. Utraque laus, quae doctrinam sana vitaeque sanctimonia praecipue continetur, in adolescente quidem clero potissime accuranda est, neque tamen minus est

¹⁾ I. Tim. II. 1—2.

custodienda et provehenda in clero adulto, qui proxime incumbit ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi.¹⁾ — De sacris seminariis clericorum bene est Nobis cognitum, Venerabiles Fratres, minime partes deesse vestras; ut, potius quam admoveamus incitamenta, comprobationem testari deceat vobis eisque omnibus, quorum ipsa laetantur procurandi et docendi labore assiduo. Sane, temporibus quae inciderunt tam Ecclesiae iniquis, quum hostes veritatis invalescunt, quum corruptelarum pestis iam non serpit occulta, sed impudens in omnia grassatur, si plura quam antea levamenta et remedia expectanda sunt a sacerdotali ordine, is nimirum maiore quam antea cura et exercitatione comparandus est ad bonum certamen fidei et ad parem virtutis omnis dignitatem. Quae de ratione dirigenda studiorum sunt a Nobis identidem normae praestitutae, in re praesertim philosophica, theologica, biblica, probe nostis: ad eas instate ut sese magistri perdiligenter componant, neve ullam praetermittant ex doctrinis ceteris, quae gravioribus illis ornamento sunt, et sacerdotalibus muniis addunt commentationem. Instantibus similiter vobis, moderatores disciplinae et pietatis (homines qui esse debent integritate et prudentia spectatissimi), sic rationem temperent vitae communis, sic alumnorum animos conforment exerceantque, ut virtutum congruentium quotidiani in ipsis progressus eluceant: atque huc illud etiam spectet, omnem ut addiscant matureque induant prudentiam in iis attingendis quae civilis sint potestatis. Hoc sane modo ex sacris illis veluti palaestris et castris nova continenter militia, eaque optime instructa, prodibit, quae suppetias veniat laborantibus in pulvere et sole, atque defessos emeritosque integra suppleat. Verum, in ipsa sacrorum munerum perfunctione, facile videtis quantum periculi virtus vel solida offendat, et quam sit humanum languescere in propositis ab eisque deficere. Itaque eo simul pertineant curae vestrae ut sacerdotibus apposite praebeatis quo studia doctrinae recolere possint et augere, in primis

quo contentius possint, redintegratis interdum animorum viribus, et perfectioni vacare suae et aliorum sempiternae saluti prodesse. — Talem vos, Venerabiles Fratres, rite in oculis vestris eductum atque probatum si habueritis clerum, sentietis profecto vobis pastorale munus, non allevari solum, sed etiam abundare optatis in grege fructibus: quorum licet sperare copiam a cleri maxime exemplo et actiosa caritate.

Eiusdem caritatis praeceptum, quod magnum in Christo est, omnibus ex quovis ordine commendatissimum sit, idque singuli perficere studeant, quemadmodum Ioannes monet apostolus, opere et veritate: nullo enim alio vinculo aut praesidio constare ad firmitatem familiae et civitates possunt, neque, id quod pluris est, christianae dignitatis merita adipisci. Quae Nos considerantes, deplorantesque tam multa mala et acerba, eo posthabito dimissove praecepto, publice et privatim, consecuta, saepenumero in eadem re Apostolicam vocem edidimus: singulariter fecimus per litteras encyclicas, quarum initium est *Novarum rerum*, ubi principia retulimus, ad causam de conditione opificum ex veritate et aequitate evangelica dirimendam aptiora. Ea ipsa nunc renovata admonitione inculcamus. Sancta movente et ducente caritate, quantam catholica instituta, sodalitia artificum, mutuo opitulantium consociationes, id genus plura, vim habeant virtutemque vel ad leniendas tenuiorum aerumnas vel ad infimam plebem recte erudiendam, apertum experiendo est: qui autem consilium vel auctoritatem, pecuniam vel operam ad ista conferant in quibus vertitur multorum salus, etiam sempiterna, ii verissime de religione et de civibus suis promerentur egregie.

Ad haec, genti Poloniae universae dicta, certa quaedam subiicere libet, quae singulatim, pro locorum in quibus versamini conditione, usui fore censemus; atque adeo ex his ipsis quae dedimus monitis quaedam libet eo altius in animis vestris defigere. — Vos primum, ut plures numero, qui Russico imperio paretis, iure est quod catholicae professionis nomine collaudemus, hortatione muniamus. Caput est hortationis Nostrae, ut istum

¹⁾ Eph. IV. 12.

constantiae animum in sancta fide colenda retineatis acriter et foveatis, in qua id bonum habetis, quod principium et fons est, ut diximus, maximorum bonorum. Hoc utique christianus animus ceteris rebus omnibus longe anteponat oportet; hoc ipsum, ut sunt divina iussa et splendida sanctorum hominum facta, nec ullis fractus difficultatibus deserat, et summis viribus laboribusque custodiat; eiusdemque virtute fultus, solatium et opem, quoscumque humanae res eventus adducant, aequè certissime ac patienter a Deo memori expectet. — Ad Nos quod attinet, rerumstrarum quae sit conditio, equidem, pro munere Nostro, habemus compertum; valdeque ista delectat fiducia quam in Nobis, filiorum instar, plurimam collocatis. Sic igitur, admonemus, fallaciis omnino reiectis quae contra benevolentiam et sollicitudinem in vos Nostram nequiter serantur, hoc sit vobis penitus persuasum, nihil Nos minus quam Pontifices decessores, sicut pro ceteris popularibus vestris, ita pro vobis suscepisse et intendisse curas; qui etiam, vestram ut sustineamus fiduciam, omnia parati sumus et laboriose conniti et persequi confidenter. Iuvat memoria repetere, inde Nos a Pontificatus exordiis, de re catholica istic relevanda cogitantes, opportune apud Imperiale Consilium officia interposuisse, ut ea contenderemus quae simul dignitas huius Apostolicae Sedis, simul rationumstrarum patrocinium viderentur deponere. Quibus ex officii consecutum est, ut anno MDCCCLXXXII certa cum illo pactio capitata sint constituta: haec inter, Episcopis liberam fore copiam moderandi ad canonicas leges seminaria clericorum: tum Academiam ecclesiasticam Petropolitanam, quae Polonis quoque patet alumnis, iurisdictioni plene tradendam Archiepiscopi Mohyloviensis, atque in melius adducendam, ad ampliorem cleri et religionis catholicae utilitatem: accepta praeterea fide, quamprimum abrogatum aut mitigatum iri singulares eas leges, quas clerus vester severiores sibi conquirebatur. Illo ex tempore nunquam Nos, vel capta vel quaesita occasione, pacta conventa expostulare desiimus. Quin immo easdem expostulationes ad ipsum deferri placuit potentissimum Imperatorem,

cuius et exploratum in Nos amicitiae animum et studium iustitiae excelsum obtestati enixe sumus in causa vestra: neque intermitteremus rogationes ad ipsum per tempus adhibere, eas potissime commendantes Deo, quippe cor regis in manu Domini. — Vos autem, Venerabiles Fratres, pergite dignitatem sacrosanctaque iura religionis catholicae Nobiscum tueri: quae tunc vere proposito potest constare suo et beneficia affere quae debet, quum iustae securitatis libertatisque compos, idoneis praesidiis instruitur ad actionem, quantum oporteat, explicandam. Quoniam vero ipsi perspicitis qualem dederimus demum operam tranquillitati publici ordinis conciliandae in gentibus continendaeque, iidem agere ne cessetis, ut sublimiorum potestatum observantia et publicae obtemperatio disciplinae in clero pariterque in ceteris firme consistat: atque ita, omni prorsus offensionis vel reprehensionis causa submota, omnique specie insimulationis in reverentiam conversa, catholico nomini sua laus maneat et accrescat. — Item sit vestrum in id incumbere, ut quidquam ne desit de summa fidelium salute, neque in administrandis curiis, neque in pabulo divini verbi impertiendo, neque in alendo religionis spiritu; ut pueri et adolescentes, maxime in scholis, sacra catechesi diligenter imbuantur, idque, quanto magis fieri possit, opera sacerdotum, quibus sit a vobis id legitime demandatum; ut cultui divino et decor sacrarum aedium et festus sollemnitatum honor plane congruant, unde fides haurit bona incrementa. Rectissime porro feceritis, praecavendo discrimina, si qua forte hisce in rebus instare videntur: ob eamque causam ne dubitetis ratas ipsas cum hac Apostolica Sede conventiones graviter quidem prudenterque appellare. Talia nimirum et discrimina abesse et convenientia bona contingere, non Polonis tantummodo, sed cunctis qui sincera publicae rei caritate ducanter, gratum esse et optabile debet. Ecclesia enim catholica, quod principio docuimus quotidieque eminent, sic nata institutaque est, ut civitatibus et populis, nihil admodum detrimenti, sed multiplices vero et decoras utili-

tates, in rerum etiam mortalium genere, nunquam non pariat feliciter.

Vos deinde qui in ditione estis inclitae Domus Habsburgensis, reputate animis quantum Augusto Imperatori, religionis avitae studiosissimo, debeatis. Iusta igitur in Eum fides gratumque obsequium luculentius a vobis in dies pateat: pateat studium non dissimile ea persequendi omnia, quae ad catholicae religionis incolumitatem et decus vel iam sunt optime constituta vel tempora et res provide constituenda suadeant. — Universitatem Cracoviensem, vetustam atque nobilem doctrinarum sedem, valde optamus integritatem et praestantiam tueri suam, atque etiam aemulari laudes talium Academicarum, quas insignis Episcoporum cura et liberalitas privatorum non paucas faventibus Nobis, per haec ipsa tempora excitavit. Quemadmodum in illis, ita in vestra, sollertia dilecti Filii Nostri Cardinalis Episcopi moderante, gravissimae quaeque disciplinae cum fide amico foedere coeuntes, et, quantum ab ea luminis mutantur et firmitatis, tantum subsidii ad ipsius defensionem referentes, utinam iuventuti lectissimae magis magisque in partes omnes sint profuturae. — Item vestra magni interesse debet, Nostra certe interest maxime, vigere apud vos in omnium existimatione ordines Religiosorum; qui, virtutis quam consecantur perfectione et doctrina varia fructuosoque in excolendis animis labore commendati, tamquam apparatus copiae praesto sunt Ecclesiae, eisque non minus civitas ad honestissima quaeque adiutoribus optimis omni tempore usa est. Nominatimque Galiciam respicientes summa voluntate perantiquum commemoramus Basilianum ordinem, in quo instaurando peculiaria quaedam consilia et curas iam pridem Ipsi posuimus. Non mediocrem enimvero laetitiae fructum ideo capimus, quod expectationi ille Nostrae alacri religione obsecundans, nititur pleno gradu ad superiorum temporum gloriam, quum ecclesiae Ruthenae multis modis extitit salutaris: cuius eiusdem salutis auspicia, Episcoporum vigilantia et curatorum industria, iam ex ipso praeclariora in dies nitescunt. — Hic autem quoniam de Ruthenis incidit mentio, eam sinite

iteremus cohortationem, ut vos cum ipsis, quamquam originum rituumque dissimilitudo intercedat, arctius voluntates amantiusque societis, prout eos concedet quos regionum, civitatis maximeque fidei sociat communio. Hos enim sicut Ecclesia benemerentes habet et diligit filios, eisque legitimas consuetudines ac ritus proprios sapienti consilio permittit, non aliter vos, praecedente clero, sic habete et colite ut fratres, quorum sit cor unum et anima una, eo demum conspirantium ut uni Deo et Domino amplificetur gloria, simulque fructus omni iustitiae multiplicentur in pulchritudinem pacis.

Libenti pariter animo orationem ad vos convertimus, qui provinciam incolitis Gnesnensem et Posnaniensem. Siquidem hoc inter cetera gratum est recordari, quemadmodum ex civibus ipsis vestris, omnium ut erant vota, ad illustrem sancti Adalberti sedem virum eveximus pietate, prudentia, caritate eximium. Gratius est autem videre, quae vos obedientia, quo amore gubernationi eius miti operosaeque unanimi studeatis: ex quo vere sperandum, religionis catholicae statum fore apud vos bonis auctibus quotidie laetiores. Eadem vero spes quo magis affirmetur optatisque plenius respondeat, non sine causa iubemus vos magnanimae aequitati confidere serenissimi Imperatoris; cuius praeterea propensam in vos ac benevolam mentem ex Ipso coram haud semel pervenimus, sane ad futuram vobis, in verecundia legum, in omnique recte factorum christiana laude perseverantibus.

Haec, Venerabiles Fratres, praescripta et hortamenta gregibus quisque vestris sic nuntietis velimus, ut vestra etiam opera fructuosiora eveniant. In his agnoscant carissimi filii quam magno ipsorum gratia affectu caritatis urgemur; haec autem ipsi, ut optatissimum Nobis est, pari accipiant observantia et pietate. Quae quidem si diligenter, id quod pro certo habemus, constanterque coluerint, profecto poterunt quum fidei ex temporum gravitate pericula declinare, tum patrum memorabilia decora custodire, animos et exempla referre, manantibus inde ad huius quoque solatium vitae emolumentis quam optimis. — Secundam

autem divini auxilii copiam, precatoribus adhibitis gloriosissima Virgine Maria, Iosepho sanctissimo, cuius hodie solemnibus christianus populus gaudet, sanctisque Caelitibus Poloniae Patronis, vehementer Nobiscum, quaesimus, implorate. Huius rei auspici-um atque praecipuae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem, vobis et clero popu-

loque universo vigilantiae vestrae commisso, per-amanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XIX Martii anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

16.

Ungiltigkeit der sogenannten siebenbürgischen Ehen

für das Gebiet der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder.

Moriz A., aus Leoben in Steiermark gebürtig, hat sich am 8. Februar 1875 zu Graz mit Gisela B. vermählt. Beide Theile waren katholischer Religion. Mit Beschluß des k. k. Landesgerichtes in Graz vom 23. December 1887 wurde die einverständliche gerichtliche Scheidung dieser Ehe von Tisch und Bett bewilligt. Moriz A., dem 1889 die Entlassung aus dem österreichischen Staatsverbande bewilligt wurde, hat die ungarische Staatsbürgerschaft erworben und ist zur unitarischen Religion übergetreten. Ueber sein einseitiges Einschreiten hat das Central- und Kolozs-Dobokaer unitarische geistliche Untergericht mit dem vom unitarischen Kirchenrathe als geistlichem Obergerichte bestätigten Urtheile vom 28. Jänner 1890 die Ehe des Moriz A. mit Gisela B. in Bezug auf den ersteren aufgelöst und ihm die Eingehung einer neuen Ehe gestattet. A. wurde am 9. März 1890 nach unitarischem Ritus in Klausenburg mit der italienischen Staatsangehörigen Rosa C., evangelischer Confession, vermählt. Gisela B. ist noch am Leben und Moriz A. hat sowohl vor, als nach der zweiten Ehe mit Rosa C. seinen ordentlichen Wohnsitz in Graz innegehabt.

Auf Grund dieser bewiesenen Thatsachen haben nun in der von amtswegen gepflogenen Untersuchung das Landesgericht und das Oberlandesgericht in Graz die von A. mit Rosa C. am 9. März 1890 geschlossene Ehe im Geltungsgebiete des österreichischen allgemeinen bürgerlichen Gesetzbuches als ungiltig

erklärt, und zwar aus nachstehenden im Wesentlichen übereinstimmenden Gründen:

Der gegenständlichen Eheschließung steht das Hinderniß der zweifachen Ehe (§§. 62 und 111 a. bürgerl. Gesetzb.) entgegen, da die erste Ehe des Moriz A. mit Hinblick auf die Bestimmung des §. 111 a. bürgerl. Gesetzbuches in einer nach österreichischem Rechte giltigen und wirksamen Weise bisher nicht gelöst worden ist und nicht gelöst werden konnte. Die bewilligte Scheidung von Tisch und Bett konnte eine Lösung des Ehebandes nicht begründen, und mit dem Urtheile der unitarischen geistlichen Gerichte wurde zwar die fragliche Ehe in Bezug auf Moriz A. aufgelöst, jedoch blieb das durch dieselbe zwischen Moriz A. und Gisela B. begründete Eheband in Ansehung der letzteren unberührt, und kann dasselbe folgerichtig nach dem Begriffe und Zwecke der Ehe auch für Moriz A. nicht ohne rechtliche Wirkung sein. Dasselbe muß vielmehr in privat- und öffentlich-rechtlicher Beziehung noch als zu Recht bestehend angesehen werden. Die §§. 116 und 119 a. bürgerl. Gesetzb. setzen voraus, daß beide Eheheile zur Zeit der Eingehung der Ehe nicht katholischen Bekenntnisses waren, was hier nicht zutrifft, und gehen offenbar von dem Grundsätze aus, daß durch einseitige Handlungen eines Eheheiles an den Rechten des andern nichts geändert werden kann und soll. Uebrigens wäre auch nach § 1 des ungarischen Gesetzartikels XLVIII vom Jahre 1868 die Entscheidung hinsichtlich der Trennung mit Rechts-

wirkung für Gisela B. den unitarischen geistlichen Gerichten nicht zugestanden. Abgesehen von dem Allem ist aber die Zuständigkeit der erwähnten Gerichte zur Entscheidung über die Trennung schon deshalb nicht für begründet zu halten, weil weder Moriz A., noch Gisela B. je in Ungarn ihren ordentlichen Wohnsitz gehabt haben und Moriz A. seinen Wohnsitz in Graz nie geändert hat (§§. 13 und 14 F. N.). Ist demnach das Eheband zwischen Moriz A. und Gisela B. nicht gelöst und noch als zu Recht bestehend anzusehen, so kann auch die von dem ersteren am 9. März 1890 mit Rosa C. geschlossene Ehe wegen des entgegenstehenden Hindernisses des Ehebandes nicht als zu Recht bestehend und gültig anerkannt werden. Die von Ausländern im Auslande eingegangenen Rechtsgeschäfte sind zwar nach §§. 34 und 37 a. bürgerl. Gesetzb. hinsichtlich der persönlichen Fähigkeit der Contrahenten sowohl, als hinsichtlich des Inhaltes und der Form nach den ausländischen Gesetzen zu beurtheilen, und trifft dieses hier insofern zu, als beide Ehevererber zur Zeit der Eingehung der Ehe nicht österreichische Staatsbürger waren, und die Ehe in Ungarn, somit im Auslande, geschlossen worden ist. Demungeachtet kann die Gültigkeit dieser Ehe im österreichischen Staatsgebiete nicht anerkannt und mußte auf Ungültigkeit derselben erkannt werden. Denn nachdem die beiden Eheleute ihren Wohnsitz in Graz haben, mußte auch ihre Ehe in Ansehung der Wirksamkeit, welche derselben im hiesigen Staatsgebiete zukommen soll, mit Rücksicht auf die hierlands geltenden Gesetze beurtheilt werden. Hierbei ergibt sich aber unzweifelhaft eine unlösbare Collision mit dem zwischen Moriz A. und Gisela B. noch bestehenden ehemaligen Verhältnisse, sowie mit dem in Oesterreich sowohl als auch in Ungarn geltenden Principe der Monogamie, speciell aber mit den Bestimmungen der §§. 62 und 111 a. bürgerl. Gesetzb. Es kann nicht zweifelhaft sein, daß auch der Gisela B., welche ihre Staatsbürgerschaft und ihr Religionsbekenntniß nicht geändert hat, aus der mit Moriz A. geschlossenen Ehe noch Rechte und Verbindlichkeiten zustehen oder erwachsen können, deren Anerkennung ihr von Seite der Gerichte im hierländischen Staatsgebiete nicht versagt werden dürfte. Gleiches würde aber hinsichtlich

der Ehe zwischen Moriz A. und Rosa C. gelten, wenn dieselbe hierorts als gültig anerkannt würde. Die Anerkennung beider Ehen ist aber unvereinbar mit dem in Oesterreich bestehenden Eherechte und war daher die ohne Auflösung der ersten von Moriz A. eingegangene zweite Ehe wegen des Hindernisses des bestehenden Ehebandes als ungültig zu erklären. Was die wechselseitige Anerkennung und Vollstreckbarkeit der Urtheile der österreichischen und ungarischen Gerichte betrifft, so ist dieselbe in den betreffenden Bestimmungen und insbesondere im Justiz-Ministerialerlasse vom 30. August 1863, Z. 9627, wohl hinsichtlich der Executionsfähigkeit der beiderseitigen Erkenntnisse auf das in der anderen Reichshälfte befindliche Vermögen anerkannt und geregelt. Hiedurch erscheint aber die Frage der Anerkennung der Rechtsgültigkeit und Vollstreckbarkeit von Erkenntnissen, welche Standesrechte betreffen, insofern sie in der andern Reichshälfte von rechtlichen Folgen sein sollen, nicht berührt, und es kann insbesondere daraus nicht gefolgert werden, daß diese Anerkennung auch dann einzutreten habe, wenn dieselbe mit dem Eherechte des betreffenden Staatsgebietes im directen Widerspruche stehen und dadurch in die unveräußerlichen, persönlichen Rechte Dritter eingegriffen würde. Die Verordnung des Ministers des Innern vom 22. October 1879, Z. 9482, auf welche sich die Parteien wiederholt beziehen, kann für die gerichtliche Entscheidung im vorliegenden Falle ebensowenig maßgebend sein, als die in andern Fällen erlassenen richterlichen Erkenntnisse. Es ist aber auch nicht richtig, daß der erwähnte Ministerialerlaß nur auf solche Fälle bezogen werden könne, in welchen ein Eheheil zur Zeit der zweiten Verheirathung österreichischer Staatsbürger ist; denn der Erlaß spricht ganz allgemein von Eheschließungen österreichischer Staatsbürger und anderer Staatsangehöriger, welche bereits verheirathet waren, und deren Ehe nach österreichischem Rechte nicht als getrennt anzusehen ist, und schließt insbesondere Fälle, in welchen, wie vorliegend, ein Theil früher österreichischer Staatsbürger war und die Aufnahme in den fremden Staatsverband erst vor der neuerlichen Verheirathung erwirkt hat, nicht aus. Die mit dem Hofdecrete vom 23. October 1801, F. = G. = S.

Nr. 542, publicirten Bestimmungen hinsichtlich der *sujets mixtes* können vorliegend schon aus dem Grunde keine Anwendung finden, weil es sich hier nicht um Streitigkeiten zwischen *sujets mixtes* handelt.

Der Oberste Gerichtshof hat in Bestätigung der angefochtenen untergerichtlichen Urtheile die Ungiltigkeit der zweiten Ehe des A. mit der C. im Gebiete der im österreichischen Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder, für welche das a. bürgerl. Gesetzb. vom 1. Juni 1811 in Wirksamkeit steht, mit Entscheidung vom 24. November 1891, Z. 12451, ausgesprochen.

Gründe: Die hierländischen Gerichte haben im vorliegenden Falle die Aufgabe, zu untersuchen und zu erkennen, ob die von Moriz A. mit Rosa C. am 9. März 1890 zu Klausenburg nach unitarischem Ritus geschlossene eheliche Verbindung auch in den Königreichen und Ländern, welche im österreichischen Reichsrathe vertreten sind, und für welche das a. bürgerl. Gesetzb. in Kraft steht, Geltung beanspruchen könne, da die Genannten in dem Gebiete dieser Länder (Graz) ihren ordentlichen Wohnsitz haben, und das mit dieser ehelichen Verbindung angestrebte Rechtsverhältniß ebendasselbst seine rechtliche Wirkung äußern soll. Diese zur Aufgabe gestellte Untersuchung fällt keineswegs mit der Erörterung zusammen, ob diese eheliche Verbindung nach den in Ungarn bestehenden Gesetzen gültig zu Stande gekommen sei, weil nicht jedes im Auslande von Ausländern rechtswirksam geschlossene Rechtsgeschäft schon an und für sich nothwendig auch hierlands Anerkennung und Schutz finden, beides vielmehr dann versagt werden muß, wenn der Bestand eines solchen Rechtsgeschäftes einem hierlands aus ethischen Gründen erlassenen zwingenden Verbotsgesetze widerstreitet; deshalb ist im vorliegenden Falle nicht die Frage nach der Anwendbarkeit des § 34 a. bürgerl. Gesetzb. zum Ausgangspunkte der Untersuchung zu nehmen. Denn dieser Paragraph trifft nur Bestimmungen rücksichtlich der persönlichen (Handlungs-) Fähigkeit von fremden Staatsangehörigen zum Abschluß von Rechtsgeschäften und legt den ausländischen Gesetzen insofern Geltung bei, als es sich um jene Erfordernisse handelt, welche bei den vertragsschließenden Theilen vermöge ihrer persönlichen Eigenschaften vor-

handen sein müssen, damit dieselben als rechtlich vermögend erscheinen, durch ihre Willenserklärung ein Rechtsgeschäft mit der Wirkung zu unternehmen, daß daraus die beabsichtigten Rechtsfolgen hervorgehen. Diese persönliche Handlungsfähigkeit und als Ausfluß derselben auch die rechtliche Willensfähigkeit zum Abschluß von Rechtsgeschäften überhaupt und einer Ehe insbesondere ist bei Moriz A. und Rosa C. ebenso wenig in Frage gestellt, als die Gesetzmäßigkeit der Form, in welcher der Abschluß der Ehe zwischen Beiden stattfand, angezweifelt wird. Vielmehr handelt es sich bei Beurtheilung der Rechtswirksamkeit dieser Ehe im hierländischen Gebiete nur darum, ob der Anerkennung ihrer Gültigkeit in der That Sache, daß Moriz A. bereits gültig verheiratet und dessen rechtmäßige Ehegattin Gisela B. zur Zeit des Abschlusses der fraglichen zweiten Ehe noch am Leben war und es auch gegenwärtig noch ist, nicht ein Hinderniß entgegenstehe, welches nach österreichischem Rechte diese Anerkennung ausschließt. Dieses Hinderniß berührt nicht die persönliche Handlungsfähigkeit des Moriz A., wie solche im § 34 a. bürgerl. Gesetzb. zur Regelung gelangt, sondern betrifft ein von der persönlichen Handlungsfähigkeit der Eheschließungswerber ganz unabhängiges Erforderniß, dessen Vorhandensein im § 62 a. bürgerl. Gesetzb. aus ethischen Rücksichten (Marginalnote zu §§ 60 und 61 ff. a. bürgerl. Gesetzb.) zu einer unerläßlichen Voraussetzung der Gültigkeit einer Ehe gemacht ist, indem derselbe die den Charakter eines zwingenden Verbotsgesetzes tragende Norm enthält: „daß Ein Mann nur mit Einem Weibe und Ein Weib nur mit Einem Manne zu gleicher Zeit vermählt sein darf, das daher Derjenige, der schon verhehlicht war und sich wieder verhehlichen will, die erfolgte Trennung, daß ist die gänzliche Auflösung des Ehebandes rechtmäßig beweisen muß.“ Da nach den Ergebnissen der gepflogenen Untersuchung vorliegt, daß Moriz A., welcher früher österreichischer Staatsbürger war und der katholischen Kirche angehörte, sich im Jahre 1875 nach dem Ritus eben dieser Kirche mit der gleichfalls katholischen Gisela B. verheiratet hat, und daß letztere auch gegenwärtig noch lebt, käme die von demselben im Jahre 1890 neuerlich geschlossene Ehe mit Rosa C. mit dem ge-

dachten Verbotsgeſetze nur dann nicht in Widerſtreit, wenn nachgewieſen wäre, daß das zwischen ihm und Giſela B. zu Stande gekommene eheliche Verhältniß durch Trennung gänzlich aufgelöst worden ſei. Dieſer Nachweis iſt jedoch nicht geliefert worden. Daß eine Auflöſung des ehelichen Bandes durch die im Jahre 1887 einverſtändlich erfolgte Scheidung der Ehegatten von Tiſch und Bett zufolge des bezüglichlichen Gerichtsbeſchlusses nicht ſtatgefunden hat, bedarf keiner weiteren Erörterung. Aber auch durch die Erkenntniſſe der unitariſchen Ehegerichte vom 28. Jänner, beziehungsweise 12. Februar 1890 iſt nicht eine gänzliche Auflöſung der Ehe zwischen den genannten Ehegatten bewirkt worden. Inhalts dieſer Urkunden haben die genannten Ehegerichte dieſe Ehe ausdrücklich nur in Bezug auf den Ehemann Moriz A. aufgelöst und demſelben die Eingehung einer neuen Ehe geſtattet, dagegen das eheliche Band bezüglich der Ehefrau Giſela B. unberührt gelassen, und wären dieſe Ehegerichte zu einem gleichen Ausſpruche gegenüber der letzteren auch nach ungarischem Rechte gar nicht zuſtändig geweſen. Wenn alſo auch nach ungarischem Rechte die Auflöſung des Ehebandes bezüglich des Moriz A. ſtatgefunden hat, ſo war dies nicht auch in Anſehung ſeiner Ehefrau Giſela B. der Fall. Dieſelbe muß vielmehr noch immer als die rechtmäßige Gattin des Moriz A. angeſehen werden, welche nicht bloß deſſen Namen trägt und deſſen Standesrechte genießt, ſondern auch aller anderen bürgerlichen Rechte theilhaftig iſt, welche der Ehegattin eines Mannes zukommen, und von denen ſie nicht durch beſondere Beſtimmung des Geſetzes (§ 796 a. bürgerl. Geſezb.) wegen der im Mittel liegenden Scheidung von Tiſch und Bett ausgeſchloſſen iſt. Ihre Rechtslage iſt durchaus nicht (wie die Beſchwerdeführer meinen) analog derjenigen einer Frau, auf welche die Beſtimmungen der §§ 116 und 119 a. bürgerl. Geſezb. Anwendung haben. Bezüglich ſolcher Frauen wird

auch nach öſterreichiſchem Rechte die Trennung, alſo die gänzliche Auflöſung des ehelichen Bandes ausgeſprochen, und wenn ſich auch eine ſolche Frau nicht mehr verehelichen darf, ſo iſt ſie doch keinesfalls mehr die Ehegattin des Mannes, von dem ſie getrennt wurde. Es iſt daher nicht richtig, daß es auch nach öſterreichiſchem Rechte Fälle gibt, in welchen eine Ehetrennung derart geſchehen kann, daß dieſelbe nur für einen Etheil und nicht auch für den anderen wirkt. Mögen daher Moriz A. und Roſa C. zur Zeit der Abſchließung ihrer Ehe Angehörige fremder Staaten geweſen und dieſe Ehe auch im Auslande eingegangen ſein, und mag nach dem Geſetze des Staates, in welchem dieſe Eheschließung ſtatffand, der oben erörterte Umſtand, daß nach öſterreichiſchem Geſetze eine rechtmäßige Gattin des erſteren noch am Leben war, kein Hinderniß der Eheschließung gebildet haben, ſomit dieſe Ehe dort als vollkommen gültig anerkannt ſein, muß dieſe Anerkennung doch hierlands verweigert werden. Neben jener rechtmäßigen Ehegattin kann hierlands nicht auch noch eine andere Frau als ſolche anerkannt, ſondern es muß dem zwischen Moriz A. und Roſa C. in Klauſenburg begründeten ehelichen Verhältniſſe hierlands die Anerkennung ebenſo verſagt werden, als dies geſchehen müßte, wenn Angehörige auswärtiger Staaten, in denen die Vielweiberei oder die Sklaverei geſetzlich ſtatthaft iſt, dieſe Verhältniſſe bei ihrem Aufenthalte in den hierſeitigen Ländern zur rechtlichen Geltung bringen wollten. Daß durch die Verweigerung dieſer Anerkennung die beſtehenden Vorſchriften über die gegenseitige Rechtshilfe bei Vollſtreckung von öſterreichiſchen und beziehungsweise ungarischen Urtheilen nicht berührt werden, iſt ſchon in den Gründen des oberlandesgerichtlichen Urtheils ſachgemäß ausgeführt worden.

17.

Nachforschung.

Laut Zuschrift des bischöflichen Ehegerichtes zu Stuhlweißenburg in Ungarn vom Monate November 1893 hatte ein gewisser Anton Kerkovits, angeblich geboren zu Laibach vor etwa 63 Jahren, in der Pfarre Aba, Diöcese Stuhlweißenburg, die Ehe mit der katholischen Mathilde Tóth Szabó, geboren zu Budapest am 12. September 1837, nach katholischem Ritus am 8. März 1859 geschlossen.

Diese Ehe war keine glückliche und es wurde bereits unterm 6. December 1859 die Scheidung der genannten Eheleute von Tisch und Bett aus Verschulden des Ehegatten gerichtlich ausgesprochen.

Nach Kundmachung des ehegerichtlichen Urtheiles im Jahre 1859 verschwand Anton Kerkovits, nachdem er vorher zweimal den Selbstmord versucht hatte, aus der Pfarre Aba und kam seitdem nie mehr zum Vorschein.

Ueber Ansuchen der geschiedenen Ehegatin Mathilde Tóth Szabó wurde in Bezug auf die bürgerlichen Rechtsverhältnisse die Todeserklärung des Anton Kerkovits von den ungarischen Behörden in allen drei Instanzen ausgesprochen, was nun behufs der Eingehung einer neuen Ehe auch kirchlicherseits von

dem bischöflichen Ehegerichte in Stuhlweißenburg geschehen soll, weshalb von Letzterem um die erforderlichen Erhebungen ersucht worden ist.

Ueber hieramtliche Anfrage theilte der hiesige Stadtmagistrat mit Zuschrift vom 6. Apr. d. J. Nr. 7447 anher mit, daß Anton Kerkovits alias Kerkovich, welcher im Jahre 1827 zu Matos Nr. 1, Pfarre Banjaloka geboren wurde und nach Banjaloka, Gemeinde Kostel, zuständig ist, vor circa 10 Jahren von Laibach unbekannt wohin abreiste.

Er betrieb in Laibach das Krämereigewerbe und lebte mit einer gewissen Katharina Poszig aus Adony in Ungarn im gemeinschaftlichen Haushalte. Mit Kerkovich verschwand auch Poszig spurlos aus Laibach.

Das Pfarramt Banjaloka bestätigt in seinem Berichte vom 21. April 1894 obige Daten mit dem Beifügen, daß seit vier Jahren sowohl Anton Kerkovich als auch sein Bruder Franz spurlos verschwunden seien. Sonach wollen noch die Pfarrämter nach dem Aufenthaltsorte oder event. Tode des Ersteren durch Nachfragen bei den Gemeindevorständen resp. Nachsuchen in den Sterbebüchern nachforschen und ein allfälliges positives Resultat hieher einberichten.

18.

Literatur.

Molitvena zbirka. Zbral in založil dr. Ivan Svetina. Natisnila „Katoliška Tiskarna“ v Ljubljani. Cena 10 kr.

Salve Regina ali razlaganje molitve „Češčena bodi Kraljica“ za šmarnično opravilo. Spisal duhovnik Jož. Kerčon. Založila „Katol. Bukvarna.“

Šmarnice naše ljube Gospé presvetega Srca. Spisal Jan. Volčič. Izdala in založila družba sv. Mohorja v Celovcu 1892.

Die päpstlichen Ritterorden der Gegenwart und die ehemals bestandenen weltlichen Ritterorden des Kirchenstaates von Cavaliere Ferdinand v. Schöppel, Ritter des päpstl. St. Silvester-Ordens. Mit einer Ordenstafel. Diese Broschüre, 31 Octavseiten stark, ist um den Preis von 50 fr. aus der kathol. Buchdruckerei „Styria“ in Graz zu beziehen. Der Reinertrag ist für den heil. Vater bestimmt.

19.

Canonische Visitation und Firmung.

Die heurige I. canonische Visitation und die Spendung des Sacramentes der heiligen Firmung wird in den Decanaten: Gottschee, Žužemberk, Semič, Trebnje und Litija vom 27. Mai an stattfinden, und zwar: Im Decanate Gottschee in den Pfarren: Gottschee, Rieg, Fara bei Kostel, Osilnica, Banjaloka, Mösel, Unterlag, Unter-Deutschau, Nesselthal, Mitterdorf, Ebenthal und Altlag.

Im Decanate Žužemberk in den Pfarren: Topla Reber, Hinje, Šmihel, Ambrus, Zagradec, Ajdovec und Sela.

Im Decanate Semič in der Pfarre Stari Trg.

Im Decanate Trebnje in der Pfarre Dobrniče, und im Decanate Litija in der Pfarre Primskovo.

20.

Concurs - Verlautbarung.

Die Pfarre Dol, im Decanate Moravče, ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Pfarre Podgrad, im Decanate Novo Mesto, und die Pfarre Dobráva, im Decanate Radovljica, sind durch Beförderung vacant geworden.

Die Gesuche um diese drei Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu stylisieren.

Ob Erfolglosigkeit der Ausschreibung der Pfarre Peče und des Curatbeneficiums zu Vrhpolje, im Decanate Moravče, werden diese Pfründen wiederholt zur Bewerbung ausgeschrieben.

Ueberdies wird die Seelsorgerstelle in der k. k. Männerstrafanstalt am Castellberge in Laibach, womit ein Gehalt jährlicher 600 Gulden — sammt 25 % Diensteszulage, eine Natural-Wohnung und an Naturalien 14 Cubik-Meter harten, 7 Cubik-Meter weichen Holzes, sowie 9 Kilo Stearin-Kerzen verbunden ist, zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diesen Posten sind an die hochlöbliche k. k. Oberstaatsanwaltschaft in Graz zu richten und beim hiesigen fürstbischöflichen Ordinariate einzureichen.

Peremptorischer Competenztermin 21. Mai 1894.

21.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Valentin Bernik, Curatbeneficiat in Vrhpolje bei Moravče, auf die Pfarre Homec, am 8. März; Andreas Zaman, Pfarrer in Podgrad, auf die Pfarre Šmarjeta, am 11. April; Jakob Mrak, Pfarrer in Železniki, auf die Pfarre Naklo, am 23. April; Anton Žlogar, Strafhausecurat in Laibach, auf die Pfarre Kranjska Gora, und Josef Preša, Pfarrer in Peče, auf die Pfarre Ovsise, am 24. April, und Mathias Erzar, Pfarrer in Golo, auf die Pfarre Železniki, am 25. April 1894.

Die zwei Herren: Dr. Franz Lampe und Dr. Josef Lesar, theologische Professoren, wurden zu Prosynodal-Examinatoren bestellt.

Dem Herrn Valentin Aljančič, Pfarrer in Dobráva, wurde die Pfarre Železniki verliehen.

Bersetzt wurden die Herren: Ferdinand Čekal, Pfarrcooperator in Boh. Bistrica, als solcher nach Mošnje; Josef Pristov, Expositus in Ribno, als Pfarrcoop. nach Dob; Franz Tavčar, Exp. in Besnica, als solcher nach St. Jošt ob Šmartin; Eduard Kosobud, Pfarrcoop. in Menges, als Pfarrprovisor nach Dol; Johann Abram, Pfarrcoop. in Mokronog, als solcher nach Košana, und Anton Hrihar, Pfarrcooperator in Košana, als solcher nach Dóbrova bei Ljubljana.

Gestorben sind die Herren: Blas Justin, Deficientenprieſter in Skaručina, am 13. März, und Barthelmä Jarc, Pfarrer in Dol, am 22. März 1894.

Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 15. April 1894.